

Appendix ad Europa Nro. 8.

Regnum Mortuorum.

Sermo politicus de necessitate pressis

In Elysio 12. Januarii 1808.

Ubi praesentissimum periculum, ibi proximus Deus.

Philosophia experientiae Veterum.

An tanta est penuria, prout ex Germania septemtrionali scribitur? — Bellum quidem est poena Dei, praesertim infelix bellum, sed vera necessitas non tantum ex bello venit, verum ex sequelis, quas bellum relinquit.

Conclusa pace chronopolitana, omnis nexus inter Continentem Europae, et Insulam Angliae intercisus est, nec ullus mercibus colonialibus ad nos aditus concessus. Hic latet vera necessitas. Nos Europaei asvevimus his mercibus, et tales — saltem ab jentaculo ad prandium — pro necessariis alimentationis nostrae mediis effecimus. Unicum *Caffee* adducere volo. In veteri germanico Imperio habitabant minimum 28 milliones hominum, quorum saltem 14 milliones *Caffee* jentabant, quorum si saltem unus quisque Cruciferum pro jentaculo expendit, jam dietim 233,333 cruciferi ex patria nostra in Angliam, Hollandiam, et Galliam emigrarunt, ergo annue ultra 24 milliones; Ubi tamen tunc adhuc merces coloniales concurrentiam habebant, et leviori fuerant pretio.

Ast nunc arrogat Anglia universale maris dominium; vult, ut nos omnes has merces ex monopolio ejus accipiamus, et ei caeteroquin raram pecuniam nostram mittamus; Et quid illa a nobis accipit? Aliquid de vino, et frumento; quasi nobis in sua ambitione elemosinam daret. Ante revolutionem advehebant nobis has merces ingenui Hollandi, et tantandem de productis nostris acceperunt, ut hoc genus commercii recte permutationem dicere potuerimus; sed Anglia pro nobis est baratrum, in quod nos pecunias nostras, et quidem *praenumerando* dajicimus, quas pro nobis aeternum pereunt.

Unicum *Caffee* pro exemplo adduxi, quanta summa exurgeret, si omnes alias species colorum, materialium, et fabricatorum anglicorum enumerare vellem? Bone Deus! est revera miraculum, quod adhuc aliquam auream, et argenteam monetam habeamus. Recte hoc idem *Caffee*, cujus pretium in dies elevatur, et cui nos velut pani quotidiano

asuevimus, reddit necessitatem arduam, et intolerabilem. Majores quidem nobis reliquerunt consolationem in Philosophia sua. "Ubi summa necessitas, ibi Deus proximus." Ast bonus hic Deus non sinit *Caffée*, in terra mannae in terra nostra crescere; est illud lepidum, cl. mati nostro, et corpori germanico non conveniens nutrimentum,

Ah! Administratio ejus est sapiens, et aeterna. Forte vult nos probare, forte vult nos ab adscitio hocce nutrimento, quod pro nobis non valet, et existentiae nostrae physicae non minus, quam fiscali nocet, ad nostra propria producta reducere; forte vult nobis veterem no-tram energeticam educationem germanicam, privando nos hoc potu, et nos ad usum productorum nostrorum reducendo, restituere, forte vult nos a monopolio anglicano in mari liberare? Quanta providentia. — Ubi summum est periculum: ibi Deus est proximus. — Quid ergo facient Angli cum suo *Caffée*? Huic articulo magnum domi impositum est tributum, e nec domi torrere cuique licet; sed jam tostum emi debet; si ergo illud domi dono detur, gubernium, amittet tributum, quod facere non potest, quia multis eget; quid ergo aget? Relate ad hanc materiam *Novellae officiosae Parisienses* continent articulum, qui legi meretur; ut sequitur.

Naves, quae Obissipone remanserant, armantur. Familia *Braganza* Portugalliam perdidit Pro Gallia magna est utilitas quod portus portugallicos Anglis praeripere potuerit; per id enim magna pars veteris Continentis ab influxu Angliae liberatur. Si Independentia Americae Galliae utilis fuit, profecto non minori pro eadem futurum est emolumento emigratio auae Portugalliae in aliam mundi partem. Nexus Brassiliae cum Portugallia, et relationes commerciales, quas cum Europa habere debet, multa Galliae ejusque foederatis ferent commoda. — Angli, qui calculum arithmeticum noscunt, vident cum dolore nova rerum adjuncta, quae eos uno foederato privarunt, cujus ditiones adeo favorabiles commercio anglicano fuerant; et casus hic ultimi foederati Angliae unice irrationali Politicae praesentis Administrationis tribuitur, quae jam plures tales dampnos actus commisit. Is dominatur commercio, qui plurimos Consumentes habet, Gallia, in pleno independentiae suae usu, quae cujusvis ineundae pacis prima et essentialis conditio futura est, ita deinceps ordinabit suam Tarifam, ut omnes illi, qui merces in portus suos advexerint, producta suae patriae, et industriae secum revehere teneantur; si haec sapiens provisio hactenus facta non fuit, unice influxui cabineti Londinensis ad Versaliense adscribendum, cujus posterioris debilitas ad primam belli comminationem exterrita, prioris postulato cesserat. An Gallia, dum Dunckertham evertere, aut semet legi inaequalis sane

Comm
coac a
aut sis
sui cor
fée, et
berem
perabu
am acc
let, qu
mus A
stra de
praefe
quae s
nostris
reper
Anglia
Contim
maneb
pio po
si com
ret, et
ret; as
merces
immen
dici, p
fatales
inferan
gat? C
sionis,
Anne t
st rum
arma A
lento f
mus, u
dem in
luctam
pro An
pam a
uno illo
objecto
ab insa
quae a
regnum
liae am
lia max
conveni
aliaque



Commercii Tractatus propudiosa prorsus ratione subjicere coacta fuit, ac inquam potuit tunc legem navigationis ferre, aut sisti ma teloniale deligere, quae ei beneficia felicis situs sui conseruet? Nos habemus in Gallia pro tribus annis *Caf-fée*, et Sacharum, et etiamsi nullas coloniales merces habereremus, adhuc tamen in praesentibus rerum adiunctis superabundantem reperiremus indemnitate. Si Industria aliam acciperet directionem: si objecta ejusmodi elaborare vellet, quorum crudam materiam Continens producit; deberemus Angliae gratias agere, quod nobis vera commoda nostra de exerit, quod Consumentes producta Continentis praeferant; quod nos dotuerit, sericum, lanam, et linum, quae sunt patriae nostrae producta, et pro necessitatibus nostris sufficiunt, in commodum nostrum convertere. Talis regeneratio consuetu linum nostrarum futura foret crisis pro Anglia, quam illa diu persentisceret, in felicitatem vero Continentis maximum influxum habere deberet. — Europa manebit semper Europa, etiamsi ruricolae minus de gosi-pio portaverint, et se materia de lana, et lino vestiverint, si commercium continentale pro cunctis nationibus perduraret; et commercium maritimum ex integro cessare oporteret; ast Anglia non amplius futura est Anglia, utprimum merces ejus coloniales, productaeque fabricarum suarum, et immensi sui commercii ad nihilum reciderint; unde merito dici, postremas Angliae dispositiones ipsi Angliae extreme fatales esse, quin Continenti essenziale quodpiam damnum inferant. Merito etiam quaeri: Quisnam genus Angliam regat? Certo non *Chatami*, sed genius odii caecaeque passionis, qui in furore suo bonum a malo discernere nescit. Anne tamen sperandum, ut spiritus ille boni ordinis, justorum combinationum, et rationis, qui commercium, et arma Angliae adeo elevavit, tandem aliquando super temulento factionum spiritu triumphator sit? Id saltem speramus, ut etiamsi reditus ad tantora non sit, potentia tandem insanam huic praedationi finem imponat. Quodsi vero luctam adhuc diutius furere contingat, minimum, quod pro Anglia malum inde oriatur, consistet in eo, quod Europam ab usu mercium suarum abstrahat, et omnes nationes in uno illo communis utilitatis puncto uniat, ut consumptionem objectorum promoveant, quorum prima materia non dependet ab insana pertinacia cabineti Londinensis. Si posteritas ea, quae a 6. mensibus in Anglia evenerant, legat, quaeret: an regnum hoc administraverint hostes, aut fervidissimi Galliae amici? Imperator Napoleon, expensens, quid pro Gallia maxime favorabile esset, non potuisset quidquam voto convenientius invenire, quam fuerit expeditio Hafniensis, aliaque, quae omne neutralium evertunt commercium.

Diarium Politicum.

Parisiis. Vi Decreti de 4. Januarii Imperator D. *Fr. talis*, qui ab obitu patris sui rem Religionis dirigebat, Consiliarium Status nominavit; Ministerio Cultus Consiliario Status *Bigot-Preameneu* delato. — Institutum scientiarum Parisiense proemium maximum, quod Imperator pro illo destinavit, qui optimum experimentum relate ad Galvanismum faceret, nempe 3000 Librarum, decrevit pro D. *Davy*, Commembro Regiae societatis Londini, Moneta autem, quam D. *Lalande* pro illo instituerat, qui quovis anno in Astronomia optimum experimentum fecerit, aut aliquid utile opus ediderit, obtigit jam altera vice D. *Olbers*, qui Anno 1807 novam Planciam *Vestam* detexit, eidem ipsi debetur etiam detectio Palladis.

Viennae. Sua Majestas Serenissimum Archiducem *Rainer* Generalem Rei Tormentariae Praefectum; Suam autem Serenitatem Caesaream Archiducem Franciscum *Josephum* Generalem Equitatus clementer nominare; Item vacante Legionem Peditum *Spork* Promarschallo *Zedivitz*; Legionem Nro. 24. Generali Campi Vigiliarum Profecto *Strauch*; Legionem *Gémmingen* Principi *Rohan*, Legionem *Hildburgshausen* Generali *Gottulinsky*; Legionem 37 Promarschallo Comiti *Auersperg*; Legionem Catafractorum 6. Promarschallo *Gottscheim*; et secundarium jus proprietarii Legionis Equestris Ordinis Hungarici Imperatoris Promarschallo *Szentkereszty*. conferre dignata est.

Ultra haec in Casareo exercitu evenerunt Mutationes a) *Promoti.* — Protribuni *Lanfrey* et *Benzúr* Tribuni nominati. Supremi Vigiliarum Praefecti *Hirsch* apud *Eszterházy*; *Jankovits* apud *Liccanos*; *Novak* penes Legionem Architectonicam, delecti Protribuni. Centuriones *Hacker*, et *Czarnocz* supremi Vigiliarum Profecti renunciati. b) *Translati:* *Steinmetzen* penes collectacula Sup. Vig. Praefectus ad *Erbach*. c) Ad servitium redierunt: Major *Brina* Commendans in *Montfalcone*; et *Harmont* Cassellanus *Carlopagi*. d) Pensione donati. *Mathieu* Protribunus Commendans *Segniae*. Major *Sedmáky* apud *Jellassich*; et *Rzekovszkz*; Capiteneus *Eötvös* apud *Kiemmajer*, et *La Roche* Castellanus *Carlopagensis*. *Servitio sponte valedixerunt.* Major *Patzthori* in Legionem *Brodensis*, et *Bissingen* Equitum Magister apud *Meerveld Uhlanos* cum caractere uno gradu altiori. *Mortui.* C. *Eszterházy* Generalis et secundarius Proprietarius Hussaronum Caesaris. *Stojanits* Generalis Major pensionatus. *Schvarcz* Colonellus; *Margetits*, *Francol*, et *Taubenheim* Vice Colonelli. *Forti*, et *Csastalovits* supremi vigiliarum Praefecti, omnes in statu Pensionis.

Vera
ficta
Nec

L

Lu
Dic mib
liam, e

Lu
articulu
lustrare

L

ante be
Ministr
sita: 1)
gliae re
3) Gall
Bonae
Pondich
Insula
lit adhu
cam eff
Majoric
tineat,
at: pro

Pi

Dalmat
Bellum
Passual
tore leg
quaesti
ad Tra
mos. m
festum